Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8134
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Ex Philostrato primo libro

Apolonius cum aliquando de communi concordia
disputaret doceretque oportere Ephesios sese mutuo nutri=
re atque nutriri passeres forte in arbore quadam taciti
considebant. Unus autem ex ipsis cum aliunde regressus
vocem emisit qua visus est ceteris aliquid predi=
cere, eo audito ceteri clamore tollentes post ipsum volita=
runt. Tacuit aliquamdiu taciturus Appolonius stans sciens
quam ob causam passeres volitassent non tamen audi=
toribus id enarrans. Ubi vero omnes in se conversos
et quasi portentum aliquod admirantes aspexisset inqu=
it [illegible] sit est. Lonitus (?) puer quidam effusum fru=
mentum in area manibus demittes ac negligenter
illud collegisset abijt multa grana passim in
in Angiporto sparsa relinquens quae cum passer
ille vidisset ceteris ut videretis nuncians invitatum (?)
sibi communicavit his verbis quam multi convivi ad hoc
videndum occurrerunt. Ipse vero his qui permansere repre=
hensionem de communi societate servanda prosecutus est. Postquam
vero qui visum ierant cum clamore atque admira=
tione summa reversi sunt, Videtis inquit Appolonius
quo pacto passeres mutuam de se curam habeant quam
plurimumque communi gaudeant societate, nos autem homines ea
colere dedignamur

Plato
Homo hominis gratia natus est

Vocem
[illegible]

Ex Plutarcho in Apophthegmate

Scilurus cum relictis moriens (?) filijs octoginta
fascem esset obiturus hastilium fasce cuique offerentes (?)
et illum confringeret iubebat. Id autem singulis se posse
negantibus ipse singillatim educta hastilia facile con=
fregit omnia. Hic docens illos ubi una esse(n)t concordia
vel firmos ac potentes fore, imbecilles autem si sepa=
rarentur

Evangelium
Omne regnum in se divisum desolabitur